



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Sodomia Conjugati, n. 1. §. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

duo sunt commissa peccata, alterum quo quis peccat in sua persona, alterum, quo cooperatur cum alia, ut illa in propria persona peccet.

b *De Lugo disp. 16. de pœn. sec. 3. n. 258.*

3. Sodomia, cum conjugate etiam sua, est adulterium: & denique bestialitas, sodomia, & similia delicta uxori, etiam cum solutis, sunt adulteria, ut item mollities, atque adeo explicanda. Idem dicitur de osculis, & tactibus impudicis &c. Ratio est, quia in his semper injuria fit conjugati.

c *Sanch. l. 9. de matr. d. 18. num. 4. Aror. to. 5. l. 4. c. 23.*

De delectatione morosa conjugati, vide infra lib. 10. cap. 3.

4. Superest hic, tanquam in suo loco, quærere, an qui sponsam habet de futuro, id explicare debeat, si contra castitatem peccet? Respondeo, De hac re dixi paulo superius c. 1. §. 2. n. 9.

§. II.

*Additio.**Sodomia Conjugati.*

1. **D**ixi §. præcedenti num. 3. Sodomiam cum propria conjugate, esse item adulterium; unde sequitur, speciatim esse in confessione declarandum. Iam ex hoc emergit difficultas, an satis sit, ejusmodi scelus sic patefacere? Peccavi contra naturam cum conjugata. Respondeo, non esse satis; b addendum enim necessario est, eam conjugatam fuisse propriam. Ratio est, quia se-

cus, explicaretur peccatum, quod non commisit: per illa enim verba, *peccavi contra naturam cum conjugata*, significatur, quod alter vir injuriam passus per te sit. Dices; addat pœnitens, se cum conjugatis peccasse, viro consentiente. Respondeo, at sic significatur, injuriam factam esse contra propriam pœnitentis uxorem, quasi vero pœnitens abusus fuerit uxore alterius, non vero uxore sua. Replikas. Addat, se cum conjugata peccasse, propria ipsius pœnitentis uxore consentiente. Respondeo, at sic imputaretur propriæ uxori peccatum, quod non commisit, nempe eam cooperatâ esse cum peccato uxoris alterius viri, quæ uxor alterius per hæc verba significatur Sodomiam esse passâ.

a *Quidquid dicat contra Sanc. & alios Machadus apud Dian. p. 7. tr. 12. ref. 23. b Sanc. lib. 9. de matr. d. 18. nu. 4. & 5. Pontius apud Castr. disp. 3. de matr. p. 4. §. 3. nu. 17. Bossius p. 3. moralium tit. 23. sec. 11. nu. 32. c In Meth. Conf. li. 2. c. 9. §. 2.*

2. Obijcis. Dicendo, peccavi contra naturam cum mea conjugate, notant infamiam apud Confessarium inuro eidem conjugati: Respondeo, de hac tota re alibi dictum est universim.

§. III.

Adulterij Pœna.

1. **N**ulla pœna spiritualis, qualis est excommunicatio, irregularitas &c. ex adulterio, factam ipso facto, incurritur; temporales autem sunt quinque. Prima, ut

V

dos.